
MAGISTRI PHAN HOANG EPISTULA**Hiemali tempore, abhinc annis VI**

Abhinc VI annis, d. 09 m. Jan. a. 2004 perfrigida fuit tempestas. Et hodie, d. 29 m. Jan. a. 2010 tempestas perfrigida est. 20 gradus Celsius sub zero sunt, sed, in proximo horto, quod ventus flat, videntur 36. Audivi perfrigidam esse tempestatem in Europa quoque, maxime in Polonia. Varsaviae 30 gradus Celsius sub zero fuerunt abhinc paucos dies. Saepe in Poloniam ii. M. Nov. 2006 tempestas perfrigida fuit. Urbem tamen libenter circumii, quod in tempore autumnii amoenissima illa urbs est. M. Mai. a. 2008 Varsaviam redii: tempore verno urbs vigebat. Magistri, doctores, discipuli alacres sedulique fuerunt. Conventus, exercitationes, ludi, certamina amoenissima fuerunt. Numquam Varsaviae fui dum caelum perfrigidum est. Sed non ignoro acere frigus permultis noxae esse et negotia operaque intercludere. Fervida vota facio ut amici discipulique ibi habitantes valeant: nam, quo plus frigus intenditur, eo fortiores incolae illius regionis fiunt. Homines, dum caelum non regant, suos animos recturi sunt. Vero, quaevis VIET-CHI octo disciplinarum, docet nos, nostra interiore vi, extrinseca convertere in aliam naturam, nobis propitiam.

Abhinc sex annis, epistulam scripsi de ANGUSTIIS. Hodie denuo illam ad vos mitto. Si, cum hanc epistulam legeretis, vestras imagines photographicas, quae ostendunt vos sub divo exercentes, mittetis, laetabor. Ecce mea indicia:

vovietblackbelt@yahoo.com ; gmpphanhoang@vovietjournal.org ;
vovietmailbox@vovietjournal.org

Permuitis hominibus, etsi multa gerere administrareque volunt, nullum tempus ad ea perficienda est. Perpaucis hominibus, autem, omne tempus vacuum est ut faciant quae velint. His successum est.

DE ANGUSTIIS

D. Sabbato 09 m. Jan. a. 2004

Discipuli cari,

Vobiscum pretiosum momentum communicaturus sum. Hodie d. 9 m. Jan. a. 2004, mane in urbe Canadensi Ottawa, 30 gradus sub zero sunt. Usitatum in Canada est. Ego vere de rebus consuetis locuturus sum. Cum in casus novos animum saepe intendamus, ea quae sunt in usu vitae communi, nostras vitas mutant.

ECCE MEAS EXERCITATIONES OMNIUM DIERUM:

H. 6 a.m. Domo exeo. In parvos hortos domui finitimos eo, ut me exerceam.

Hoc exercitiorum index est: TU DIEU HANH CONG (Quattuor Mirifici Deambulandi Motus), KHUNG HAN KHI CONG (Interior Vis in Perfrigida Tempestate), TAM NIEM CHIEU (Quinque Cotidiani Motus Cordis), LOI HO (Tonitrus Tigris), et TAM KIEN (Patientia).

Vos quoque istas formas – i. e. Quyen - cognoscitis, sed perpauci inter vos se exerceant in tam frigida tempestate i. e. 30 g. sub 0.

Luna plena abhinc II diebus fuit. Hodie quoque circulus lunaris in caelo fusco iucunde lucet. Blande ad eam oculos converto, deinde manus tarde iungo et motum LUU CHI NGUONG NGUYET CAU – i. e. Magister Luu Chi ad lunam oculos convertit - (qui secundus motus TU DIEU est) facio. Cum tempestas perfrigida esset, alio quodam modo exercitus sum. Quod hac exercitatione fortiter premo lacertos, membra, quasi omnes cellulas, corpus mensque corroboratur. Forma LOI HO (i. e. Tonitrus Tigris) maxime mihi prodest. Hodie tamen huic quyen, vobis notum, aliam speciem indui. Et ego agnosci non possum hodierno die mane gelido, operto capite, sine perspicillis. Motuum collocationem mutavi. Quosdam motus velociter renovavi. Ita Tonitrus tigris Siberianus tigris factus est!

Mea sententia, solitum solitos homines creat, insolitum angustiaeque insolitos eximiosque.

Potes dicere: ego, vero, in Canada non habito, ita insolite me exercere non possum.

Ego affirmo, si te cotidie exercebis, insolita eximiaque te consecuturum esse, quod enixe intenteque contenderis. Omnibus locis insolitum potest inveniri.

Simiae annus d. 22 m. Jan. incipit. Bene vobis precor votaue facio ut vos et vestrae familiae valeatis in pace et laetitia.

Magister Phan Hoang

vovietblackbelt@yahoo.com